

**Index Librorvm Prohibitorvm Et Expvrgandorvm  
Novissimus**

**Sotomayor, Antonio**

**Madriti, 1667**

Tertia Classis. In Qva Libri incertorum Auctorum prohibiti, aut expurgati,  
&c. C

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81432](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-81432)



# TERTIA CLASSIS.

IN QVA

*Libri incertorum Auctorum prohibiti, aut expurgati &c.*

## C

### CABALISTICÆ artis, &c.

Hoc est reconditæ Theologiæ, & Philo-  
sophiæ scriptorum tom. I. Basil. Henrico-  
Petri 1587.

CALCAR ad pietatem Latinè, & Gal-  
licè. Leodij 1600.

Calvinismus Heidelbergensis 1593.

Calvinianus Candor.

Cantica selecta Veteris, & Novi testa-  
menti, cum hymnis, & collectis seu oratio-  
nibus purioribus, quæ in orthodoxa, atque  
Catholica Ecclesia Cantari solent addita,  
dispositione, & familiari expositione Chri-  
stopori Corneri Auctoris damnati.

Capita Fidei Christianæ, contra Papam,  
& portas inferorum.

Capita pietatis præcipue sententiarum  
Biblicarum, &c. Scholæ Cottunensium  
Wirtemb. 1591.

Carmina amicorum in honorem nuptia-  
rum R. & virtute, doctrinaque præstan-  
tis viri Stephani Isaaci, Verbi Divini apud  
Heybergenses ministri.

Carminum Proverbialium totius vita-  
humanæ statum Delineantium, &c. Loci  
communes, Londini 1603.

Carmina, & Epistolæ de conjugio, ad  
Davidem Chytræum.

Catherinæ de Genova Vita, donec  
emenderetur.

Catalogus Papæ, & Mosis.

Catalogus testimoniū veritatis ex Sanctis  
fimis Patribus.

Catalogus Autorum, qui in sacra Biblia  
scripserunt. Wirtemb. 1579.

Catalogus, & Orthodoxus Ecclesiæ con-  
sensus ex Verbo Dei. Genevæ 1595.

Catechesis Genevensis, Wirtember-

gensis, Heydelbergensis, & Bipontinatus.

Catechesis Hebraicæ, Græcæ, & Latinæ.

Catechesis Doctrinæ Christianæ in  
usum scholarum Pomeraniae.

Catechesis, sive prima inititutio, aut ru-  
dimenta Religionis Christianæ, Hebraicæ,  
Græcæ, & Latinæ explicata, Lugduni Bata-  
vorum, ex officina Plantiniana, apud Fran-  
ciscum Raphelengium.

Catechesis Puerorum in fide, litteris,  
& moribus.

Catechesis ex corpore doctrinæ Chri-  
stianæ ad usum scholarum puerilium ac-  
commodata Wirtemberg. 1571.

Catechesis in Ecclesiæ, & scholis Palati-  
natus. Neostadij, & Heydelberg. 1585. 1589.

Catechismus Iesuitarum, seu examen  
eorum doctrinæ.

Catechismus pro Ecclesia Antverpien-  
sii, quæ confess. Augustanam profitetur.

Catechismus Ecclesiæ Argentoratensis.

Catechismus pro Ecclesia Wirtēberg.

Catechismus super Evangelium Marci.

Catechismus, sive explicatio Symboli  
Apostolici.

Catechismus Genevensis.

Catechismus Latino-Germanicus.

Catechismus maior, & minor.

Catechismus parvus pro pueris in scho-  
lis nuper auctus.

Catechismus, sive symboli expositio.

Catechismus Tubicensis.

Causæ motivæ, cur Nicolaus Xilander  
Borussus doctrinæ Lutheranorū, cuius ali-  
quādo minister fuit, nō debuisset deserere.

Causæ, quare synodum indictam à Ro-  
mano Pontif. Paulo III. recusarint Princi-  
pes Status, & Civitates Imperij profitētes  
puram, & Catholicam doctrinam.

Causæ

DICES  
librorum  
DIBITORŪ  
E. V.  
24.

Causæ cur in Cœnæ Dominicæ verbis  
to rhetor fit retinendum. Ienæ 1571.

De Cœna Dominicæ, liber sic inscriptus,  
& monendus lector similes inscriptiones  
opusculorum, disputationum, seu contro-  
versiarum familiares esse hæreticis, & eo  
solo nomine Catholicis omnibus suspectas  
esse debere, sive adiunctum habeant Au-  
toris nomen, sive sine nomine Autoris.

Censura Orientalis Ecclesiæ, &c. à Stan-  
islae Socolovio ex Græco in Latinum  
conversa. Dilingæ, vel Colon. 1582. donec  
prodeat expurg.

Centum Gravamina, &c.

Centum, & quatuordecim sententiae PP.  
de officio verorum Rectorum Ecclesiæ.

Centuria Epistolarum Theologicarum  
ad Ioan. Schyvebelum, &c. Bipontini 1597.

Centuria prima Monasteriorum Ger-  
maniae, sive Chronologia.

Centuriæ Historiarum Magdeburgens-  
ium, seu Centuriata historia.

Calendarium Gregorianum perpetuum,  
Frâcofurt. impressum, omnino prohibetur.

#### CHIRURGIA.

In qua scriptores veteres, & recentiores,  
&c. Tiguri, per Andream Gesnerum, &c.  
1555.

Fol. i. in aversa pag. & Catalogo scrip-  
torum Chirurgicorum, adhibe notâ Scrip-  
toris damnati Ioanni Langio, & Conrado  
Gesnero. Et similiter in inscriptione Epis-  
tolæ nuncupatoriae, post Conradus Gesnerus,  
adde, *Scriptor damnatus*.

Pag. 311. Ioannis Langij Lembergij  
Thematæ aliquot chirurgica, ex opere Epis-  
tolarum ipsius, permittuntur, adhibita nota  
solita Autoris, & operis. — Pag. 393.  
Conradi Gesneri de medicina chirurgica pre-  
stantia, & antiquitate, &c. — Item Enu-  
meratio Alphabetica Virorum illustrium, qui  
rem chirurgicam excoluerunt, eiusdem  
Autoris, similiter permittitur, &c.

Item CHIRURGIAE THESAVRVS,  
continens præstantissimorum Autorum,  
&c. opera chirurgica collecta, per Petrum  
Vffenbachian, Francofurti, typis Nicolai  
Hofmanni 1610.

In prima libri facie post Guilielmi Fabri-  
ti Hildani, scribe, *Autoris damnati*, opere  
vero permisso. — Deinde fol. 4. in tit. *De  
medicina chirurgica præstantia* Conradi Ges-  
neri observationes, adhibe Gesnero notam  
damnati Autoris, & opusculi permisso. —  
Pag. 1605. ubi incipit, *Centuria obser-  
vativa*.

tionum Guilielmi Fabritij, adde illi notam  
præscriptam. — Et pag. 1069. in fine prefa-  
tionis ad lectorem, expunge epistolam  
Ioannis Rheterij cum versibus Græcis, &  
cum 10. alijs epigrammatis sequentibus  
laudatorijs in pag. 1070. & 1071. Auctorum  
quoque damnatorum Antonij Fayi, Ioan-  
nis Rheterij, Gaspari Dornavij, Nathanaë-  
lis Canbuti, &c. — Præterea pag. 1120. adhibe  
be Antonio Fayo notam, *Autoris damnati*,  
in subscriptione Epistole. — Pag. 1133.  
in tit. libri de Combustionibus, post, Fabri-  
ti Hildani Chirurgi, adde, *Autoris damnati*.  
Et huius operis expurgationem vide  
Guilielmo Fabritio 1. Clas. — Sed in ha-  
tamen editione expunge pag. 1143. Ca-  
mina Nicolai Vireti sectarij post Epis-  
dicatoriam.

CHORVS Orthodoxus testium Dei, de  
Incarnatione Verbi, & de sacra Cœnæ  
Schaffusij 1592.

CHRISTIANA institutio, sive Chi-  
stiani hominis institutio.

CHRISTIANA responsio, ministrorum  
Evangelij. Basil. *Cur Miffam*, &c.

CHRISTIANA iuventutis crepundia.

CHRISTIANÆ scholæ epigrammatum  
lib. duo, ex varijs Poetis excerpti de Chi-  
stianissimi Regis periculis, & notata quadam  
ad Sfondrati Pontificis Romani littera  
monitoriales. Francof. apud Martim  
Lechlerum 1591.

CHRONOGRAPHIA Ecclesiæ Christi-  
ne, impressa Basileæ, apud Nicolaū Brylin-  
gerum 1551. & ubicumque impressa fuerit.

CHRONOLOGIA ex sacris Litteris, de-  
nec prodeat expurgatio.

CHRONOLOGICARVM rerum libri  
duo, donec prodeat expurg.

In Ciceronis omnes *Orationes*.

Doctissimorum Virorum enarrationes,  
&c. Basileæ, per Ioannem Oporinum 1555.  
ut appareat ex dedicatoria.

In prima facie, in fine, post Ioannem Opo-  
rinum, adde, *Typographum*, & *Auctorem* dam-  
natum. Et similiter in inscriptione Epis-  
tola dedicatoria, post Ioannes Oporinus.

Deinde expungenda folia, quæ sunt ante  
Catalogum enarrationum primi to-  
mi, & inurèda nota dânationis nominibus  
sectariorum, videlicet Michaëli Toxite,  
Cælio secundo Curioni, Joachimo Camer-  
rio, Petro Ramo, Othoni Werdmullero, Vi-  
to Amerbachio, Valérino Erithreo, Xisto  
Betulcio, Christophoro Hegédorphino,  
Ioan-

### III. Class.

C. ad. I. x. b. 1

239

Ioanni Sturmio, Christophoro Cornero, & si quis alius ex Novatoribus. Nomen vero Philippi Melanthonis prorsus expungendum tam in hoc Catalogo previo, quam in toto operis discursu, ybi cumque occurrit.

In easdem orationes variorum commentaria. Basileæ, ex officina Roberti Winteri (ut in fine habetur) 1539.

In aversa primi folij pagina, in præfatione typograhi ad Leñorem, dele nomen Philippi Melanthonis. — Fol. 2. in Præfatione Iacobi Bedroci, quæ incipit, *Qum ante biennium, &c.* Appone Bedroci notam dānatæ Auctoris. — Fol. 6. ex Elencho Auctorum, dele nomen Philippi Melanthonis, in opere, & scholijs. Christophoro autem Hegendorphino, adhibe notam Auctoris damnati. Et similiter Ioanni Sturmio, & si quis alius se ñtarius inter illos Elenchi Auctores deliteat.

Item in Ciceronis orationes annotationes. Vide *Ioannes Thomas Freigius* 1. Class.

In CICERONIS omnes epistolas familiares Annotationes variorum. Lugduni, apud Sebastianum Gryphium 1542.

In aversa primi folij pagina ex Catalogo Auctorum, expunge nomen, ubicumque occurrit. *Philippi Melanthonis.*

Cingianorum quorumdam errorum, & Index, à ministris Ecclesiae Hallensis in Saxonie 1571.

Circulus charitatis divinae, sive sub alio titulo, *Circulus Divinitatis*, donec expurgatio prodeat.

Civitatis Magdeburgensis Publicatio literarum ad omnes Christi fideles, anno 1550.

*Civilium apud Belgas bellorum initia, progressus, finis optatus, in quam rem remedia a fero, & pace prescripta, Fidei, Patrie, Orbis nomine, anno 1627.* Liber ita inscriptus. — Item, *Reformata Apocalypsis*. Batavica. Videntur permitti debere, utpote quamvis sine Auctoris nomine, typographi, aut loci, ubi excusa fuerint, tamen planè videantur composita ab Auctore Catholicorum, gnaro, prudente, ac publici boni, & pacis studio.

Clavicula Salomonis, sive impressa, sive manuscripta.

Clementis VIII. Ferrariam petentis, & ingredientis, *Apparatus, & forma.*

Cleri Pontificij habitus, & descriptio, Francofurti 1587.

Collatio Catholicæ Christianorum Fidei, de Persona Christi, & sacra eius Cæna &c. Neapoli 1587.

Collatio Divinorum, & Papalium Canonum.

Collectanea demonstrationum, ex Prophetis, Apostolis, & Docto:ibus Ecclesiae, *Quod Spiritus Sanctus, à solo Patre procedit.*

Collectio figuratum omnium sacrae Scripturae, donec expurg. prodeat.

Collectio in unum corpus omnium librorum Hebreorum, Græcorum, Latinorum, necnon Germanicè, Italicè, Gallicè, & Hispanicè scriptorum, qui in Nundinis Francofurtensis, ab anno 1564. usque ad Nundinas Autumnales anno 1592. &c. venales extiterunt, sive sint cum Auctoris, & Collectoris nomine, sive sine illo: qualis ille est, qui inscribitur, *Vetus seculi, eiusque Virorum literatorum monumentis florentissimi, &c.* ab anno 1500. usque ad 1602. Auctore Ioanne Clelio Wineccensi, Hannoio, Francof. ex officina Ioannis Saurij 1602. Sive, *Bibliotheca Clasica Catalogus sue officinalis*, in quo singuli singularum facultatum libri, &c. Auctore Georgio Draudio. Francofurti, apud Nicolaum Hoffmannum 1611. Sive denique Catalogi, aut Catalogorum Collectiones, Annua, sive Semestres Nundinarum Francofurtensis, Vernalium, aut Autumnalium, sive denique quicunque alij Cathalogi, aut Indices, quibus continentur libri, aut opera quæcumque Protestantium, aut aliorum Hæreticorum, ita permitti poterunt, ut iij, ad quorum manus eiusmodi Catalogi pervenerint, prorsus teneatut illos exhibere Fidei Inquisitorib, alijsvè ad id munus designatis, qui alicuius utilitatis gratia, eorum usum concedent, non passim, neque quibusque, sed vel viris probatae doctrinæ, & eruditionis, vel selectioribus Bibliopolis, vel demum alijs, qui bonum publicum iuare posse videantur.

COLLEGIVM Politico-Iuridicum, continens omnium generalium Politicarum materiarum brevem, methodicam, & perspicuam propositionem, &c. proponente, & præidente Ioan. Henslero, &c.

COLLEGIVM Politicum iuxta Methodum Logicam, propositum in Academia Gießena.

Collegium Iuridicum Argentoratense, quod etiam inscribitur, Pandectæ universi Iuris Civilis, adornatum in Academia Argentoratensi, à loris studiosis, & candidatis, ac recentissimum, cura Iusti Mejeri

No-

DICES  
librorum  
DIBITORU  
E. V.  
24.

Noviomagensis. Argentorati, sumptibus Eberhardi Zetzneri 1616.

Monitum volumus Lectorem, Academiā Argentoratensem, & sectariorum esse, ac tum illius professores, tum Iustum Mejerū inter damnatae memoriae homines numerari, propterea librum hunc ad primam Classem spectare, ipsoque iure prohibitum esse, ac non nisi cum expurgatione permitti oportere. Ideo tamen in hac tertia Classem, depositum quod nullius certi Auctoris sit, ac ne Iusti quidem Mejeri, quippe non Auctoris, sed recognitoris ac recensoris tantum. Ergo sic expurgandum.

In prima libri facie, post *Collegium Argentoratense*, adde, quod sectariorum est. Et inferius post, *Insi Mejeri*, Iuris utriusque Doctoris, & antecessoris, adde, *Auctor damnati*, opus cum expurgatione permisum.

In subscriptione Praefationis dedicatiori, quæ incipit, *Esi initio mihi*, post, *Insi Mejeri Academia vestra Professor*, adde, *Mejeri Auctor damnatus. Praefatio hac, cum sequenti, ad Lectorem permissa.* — Ad finem Praefationis est Indiculus vigintiquatuor collegarum Iuridicorum, alumnorum, sive professorum Academiæ Argentoratensis Lutheranæ, quibus propterea in margine adscribendum, *Omnes hi sectarij, damnatae memoriae.*

Libro 1. capit. 6. de Patria potestate numero 23. pag. 30. dele totum n. qui incipit, *Quod qui in potestate, & scribe in margine, Ecclesia non requirit huiusmodi consensum, aut iussum parentum, &c.* — Lib. 23. tit. 1. de Sponsalibus, num. 6. p. 1101. ante medium, ubi legitur, *Male igitur Innocentius, dele, male igitur, & inferius linea penultima, dele, Lutherus in libello, &c.* Quod nomen, & cuiuscumque Hæresiarchæ prorsus expungendum ubi occurrit. — Et tit. 2. de rito nuptiarum, num. 5. p. 1108. post illa verba, *Et contrahentium quidem consensus sufficit, dele sequentia, usque ad medium paginæ sequentia 1109. & illud, Sed nunquid, & de Iure Canonico, exclus.* — Eadem pag. 1109. lin. 4. à fine, à loco ubi legitur, *Alii tamen etiam de Iure, dele prorsus sequentia, usque ad paginam 1113. & n. 13. qui incipit, Licitas nuptias contrabunt, exclus.* — Pag. 1113. n. 14. dele à principio 12. lineas, usque ad, *Adoptione dissoluta, exclus.* — Pag. 1116. ante medium, n. 15. post illa verba, *De consanguinitate, & affinitate, dele 8. lineas, usque ad n. 16. exclus.* — Et sub eodem n. 16. pag. 1117. lin. 1. post illa ver-

ba, *Verbum iis communicat, dele 2. lineas usque ad, In iusta, & inutiles, exclus.* — Et eadem pag. in medio, num. 3. *In iusta, & inutiles, &c. dele ipsas 2. lineas, usque ad n. 4. Ob deficientem, exclus.* — Et pag. 1119. n. 17. post illa verba, *Et hoc notandum, dele, lineas, usque ad, Sic, que domum deducatur, &c. exclus.* — Lib. 24. tit. 2. *De Divorciis, & Repudiis*, pag. 1164. dele num. integrum 8. cum num. 9. & 10. sequentibus usque ad num. 11. inclus. & num. 12. exclus. qui incipit, *De sterilitate, & impotentiis*, pag. 1165.

Quia vero Hæresiarcharum quorundam nomina non semel leguntur in hoc libro, Lutheri, Beze, Melanchthonis, Osiandri, in locis, ubi comparuerint, prorsus exterminali oportebit.

Colloquium Altemburgense, Lipsie 1571.

Colloquium Badense.

Colloquium Bernense.

Colloquium Coclei, & Lutheri.

Colloquium Clerici, & Militis.

Colloquium Herphordiense.

Colloquium Jesuiticum.

Colloquium Lipsense.

Colloquium Marpurgense.

Colloquij Maulbrunensis epitome. Heidelbergæ 1566.

Colloquium Montisbelgartense, vel eius epitome, Tübingæ 1587. 1588.

Colloquium de Norma Doctrinæ, & Controversiarum Religionis Iudice, &c. Levingæ 1602.

Colloquium Parisiense.

Colloquium de Peccato Originis, inter Iacobum Andreæ, & Illyricum. Tübingæ 1571.

Colloquium Schmaldicum.

Colloquium clarissimum Theologorum visitatorum cum Urbano Piero. Francfurti 1593.

Colloquium Wirtembergense.

Colloquium Wormatiæ institutum, anno 1540.

Comitia Spiræ, & Wormatiæ.

Commentarius de Angelo Melanchthonis.

Commentarius captræ Vrbis, Ductore Bononio, ad exquisitum modum constitutus.

Commentarius in Priorem Timothei Epistolam à viro summæ pietatis conscriptus.

Commentarium Bibliorum.

Commentaria Germanica in Cornelium Tacitum.

Commentariorum de Regno, aut quovis Principatu recte, & tranquillè, administran-

mistrando libri tres aduersus (falso tamen) Nicolaum Machiavellum Florentinum. Vrsellis, apud Cornelium Sutorium 1559. sine nomine Auctoris, omnino prohibentur.

Commentariorum de Statu Religionis, & Reip. in Regno Galliarum libri 4. sine nomine Auctoris, Impressoris, & loci impres- omnino prohibentur.

Commone factio de sacra Dni Cœna, & eiusdem commone factio consideratio, Neapoli 1582.

Commone factio de I. C. fine, officio, in Disfidijs dogmatum Ecclesiasticorum, Neostadij 1590.

Commonitorium, sive Amica ad amicum admonitio de Roberti Bellarmini scriptis. Apud Seb. Müller 1607.

Compendium, sive Breviarium textus, & Glossematon in omnis veteris instrumenti libros.

Compendium Orationum, impressum Venetijs per Iun. Etam, & alios, donec ex- purgatio prodeat.

Compendium Theolog. veritatis.

Compendium Theolog. Erasmi.

Comœdia Tragica Susannæ, quæ quandoque cum nomine, quandoque etiam sine nomine Auct. prodijt.

Comœdia super quæstione, *Quæ est maiori consolatio morientis, &c.*

Comœdia, & Tragœdia, ex Novo, & Veteri Testamento, impressæ Basileæ 1540. per Nicolaum Bryllingerum.

Comœdia, & Tragœdia aliquot ex Veteri Testamento, Collectore Ioanne Oporino, Auctore damnato.

Conciliabulum Theologicorum aduersus bonarum literarum studiosos, &c.

Concilium Pisanum, quod verius, Conciliabulum dicendum est.

Conciones de decem Praeceptis Dominicis.

Concilium Tridentini Declarationes, seu Decisiones, quales sunt, quæ dicuntur, secundum correctionem Petri de Marzillæ, opera, & studio Ioannis de Gallemart. — Et quæ preferunt, ex Bibliotheca manuscripta Prof. Petri Farinacij. — Et Remissions Doctorum, qui varia loca Concilii Tridentini incidenter tractarunt, Auctore Augustino Barbosa. — Et Declarationes eotundem Cardinalium ex ultima recognitione Ioan. Gallemart. — Et Decreta Tridentini ad suos titulos redacta, per fratrem Petrum Vincentium de Marzillæ.

PROHIBENTVR nisi in prima libri facie apponatur sequens Nota.

His declarationibus Sacra Congregationis Concilij nullam fidem esse in iudicio, vel extra à quoquam adhibendam, sed tantum illis, quæ in Authentica forma solito sigillo, & subscriptione Eminentissimi Cardinalis Praefecti, ac Secretarii eiusdem S. Congregationis pro tempore existentium, munitæ fuerint; eadem Sancta Congregatio ex speciali Sanctissimi D. N. Vrbani, divina providentia Papæ VIII. iussu mandavit, & præcepit. Romæ die 2. Augusti 1531. & Consilium S. Generalis Inquisitionis cum huiusmodi declaratione, posse liberè, & licitè a quocumque vendi, & retineri permittit.

Concilii autem Tridentini translationes quæcumque de lingua Latina in Gallicam, aut qualècumque aliam vulgarem, prostrus interdicuntur.

Concordantiarum insignium totius Bibliæ farrago.

Concordantiarum Bibliorum in forma magna, quæ inscribuntur *Maxime, & absolutissime, &c.* nunc tandem, post omnes, quæ hæc tenus prodierunt editiones, &c. apud Andreæ Vvecheli hæredes, &c. 1600. sic corrigendæ.

In admonitione ad Adolescentes Theologiae studiosos, pag. 1. sub initium, §. *Classius Marnius*, post illud, & *Ioannes Aubrius*, dele usque ad, *quam Latinis*, excl. — Ibidem paulo inferius, §. *Primum collatis primum*, post illud, *vetus interpres videatur*, dele omnia usque ad §. *Quam verò in dictiōibus, exclusivè*, qui est pagina 2. post medium.

In titulo Praefationis ex Roberto Stephanio, post illud, *Robertus Stephanus*, adde, *Auctor damnatus*.

Post duas Praefationes ex Aria-Montano desumptas, dele duas immediatè sequentes, alteram in *Vetus*, alteram in *Novum Testamentum*, quarum prima incipit, *Communis causa, quæ nos, &c.* secunda, *Vulgarem veterem versionem, &c.*

Ex Notis Quæ Literis Minusculis, & diversis, ipsis Concordantiarum Columnis inseruntur.

In Dictione A. Nota, quæ post 17. ponitur, & cuius initium est, *Ex Apocryphis libris, &c.* tota expungatur. — *Adoro*, Nota prima, *Adoratio civilis*, expungatur. Ibidem Nota 2. *Adoratio illegitima, & improbata*, deleatur. — *Ago*, dele Notam, *Ago pater*.

DICES  
librorum  
PROHIBITORUM  
E. V.  
24.

nitentiam, i. Confiteor coram Deo. Ibidem, dele sequentem Notam. — Ago pænitentiam, id est, Convertor humiliter ad Deum, & resipisco. — Et mox, dele sequentem aliam Notam, Ago pænitentiam, i. pænitet me. — Amicus, in Nota 3. ibi, Christus peccatorum resipiscientium, scribe, pænitentium. — Angelus, expunge Notam primam totam, cuius initium, Ideſt, Nuntius, nempe Dei Pateris, Christus Dei Filius, &c. — Ibidem, in Nota 2. cuius initium, Angelus Iehova &c. ibi, missus a Deo propter electos, dele, propter electos. — Anima, dele Notam 5. Homo defunctus. — Babylon, sub Annotacione, Chaldaeorum metropolis, & Regnum, dele ultimam illam citationem. 1. Petri 5. 13. Eccles. que est in Babylone, & transfer eam in primum locum, post sequentem Notam Babylon mystica. — Caro, in Nota, post Notam 6. ubi dicitur, Natura corrupta, non regenerata, dele, non regenerata. — Ibidem in Nota 22. ibi, Natura corrupta, non regenerata, dele, non regenerata. — Charitas, in Nota 2. ibi, Dei Patris erga electos in Christo, pro electos scribe, iustos. — Ibidem in Nota 8. ibi, Spiritus Sancti opera credentium, pro, credentium, scribe, iustorum. — Cibus, sub Nota, Cibus mysticus, dele tertiam citationem, 6. 55. Caro mea vere est cibus, & transfer eam superius sub nomine, Cibus, in suum locum. — Columna, in Nota 3. ibi, Ad quam Verbum Dei scriptum, velut affixum est, dele, scriptum. — Dignus, dele Notam, Dignus, vox redundans. — Fidelis, Nota 4. cuius initium, Dei Filii in Christo fideles, &c. tota expungatur. — Ibidem in Nota, Octavus, Fides Christianam servatorem amplectens, salutaris, & iustificans, dele, salutaris, & iustificans. — Ibidem dele Notam, cuius initium, Non promissio gratiosa, & divina, &c. — Ibidem dele Notam 11. Fides Historica. — Item, expunge Notam 15. Christiana libertatis cognitio. — Ibid. dele Notam 16. Conscientia per Evangelij doctrinam confirmata. — Et mox dele Notam 17. Professio mysterij circa pauperes, & agrotos curandos. — Gens, Nota 9. cuius initium, Gentes, eorum multitudo, qui post Christum, &c. tota del. — Gratia, dele primam Notam, Favor coram Deo, & hominibus. — Ibidem in 2. Nota, ibi, ad electos solos pertinens, pro, electos, scribe, iustos. — Ibidem in 3. Nota, ibi, Apud Deum Patrem electis suis acquistavit, pro, electis, scribe, iustis. — Ibidem expunge Notam 6. Benedictio, favor singularis.

— Ibidem dele Notam 10. Gratia multa, & efficax Evangelij cognitio, & professio. — Ibidem in Notam 14. Gratia plena, gratis dilecta, dele, gratis dilecta. — Habito, dele Notam, De peccato in regeneratu reliquo dictum. — Heres in 3. Nota, ibi, mundi, iustitia per fidem, & vita eterna, dele, per fidem. — Homines, dele Notam 3. Homines electi Dei. — Iesus, sive Iehosua, F. Iosedes, &c. in prima Nota, ibi, Christi summus, & unicus. — Ignis, Expunge Notam 11. Ignis probationis doctrine in Ecclesia propria & scribe, Ignis purgatorius. — Infernus, sub Nota 4. Sepulchrum, dele citationem nempe, 16. 10. non del. animam meam in inferno. — Item, dele citationem 23. nempe, Osea 13. 4. morsus tuus ero inferno & citationem 31. & 32. scilicet, Ador 27. Non derelinques animam meam in inferno, quia neque derelinques eti in inferno. — Maneo in 3. Nota, cuius initium, Mano, de divina grata, &c. ibi, vel electorum cum capite suo, pro, electorum, scribe, purum. — Mortuum peccatum, expunge Notam, Quod quidam in nobis est, at non scit agnoscitur, imo velut extinctum, & quasi non esset reputatur. — Mortua fides, dele notam nempe hypocritarum, & homonymicos fides. — Mundus, in Nota 4. ibi, Elec̄tū ex genere humano, pro, Elec̄tū, scribe, Filii. — Onero, prima Nota, tota expungatur, quae est, nempe iugo traditionum humanum opprimo conscientias. — Opus, in Nota 4. cuius initium, Opus, Opera Spiritus Sancti &c. ibi, quae in electis efficit, pro, electis, scribe, suis. — In eadem Nota, post illud, de quibus vide Opus hominis, dele usque ad, Opus, opera hominis, exclusivè. — Pax in 1. Nota, ibi, & glorificatione electorum Dei, pro, electorum, scribe, filiorum. — Peccatum, in 1. Not. quae incipit, Est anomia, seu quidquid, &c. post illud, Dei pugnat, dele usque ad, Varia sunt etiam peccati appellations. — Pietas, expunge totam 1. Nota cuius initium, Sincera veri Dei cognitio, &c. — Pænitentia, dele tot 1. Nota cuius initium, Resipiscientia, pænitentiam ago, &c. — Pænitentiam ago, statim dele Notam, Confiteor delictum. — Pænitere, Resipiscere, dele, Bebisce. — Redemptio, in 2. Nota cuius initium, Redemptio spiritualis, ad beatum, &c. ibi, Dei electis per Christum, pro, electis, scribe, filiis. — Regnum Dei, in 2. Not. cuius initium, Regnum gratiae, quod & Regnum electorum, &c. ibi, spirituale exercet in electis, dele

dele, in electis. — *Sacrificium*, dele totam Notam, cuius initium, *Vnic Sacrifij expiatorij*, &c. finis verò, & Patria cœlesti accepta sunt. — *Salvus*, in 1. Nota cuius initium. *Qui à Deo immediate*, &c. ibi, in Christo electis, pro, electis, scribe, dilectis. — *Scientia Christi* in Nota, cuius initium, *Cognitio salutaris*, &c. ibi, quam clavis Dei de Christo, pro, electi, scribe, santi. — *Sequor*, dele totam Notam, 4. cuius initium, *Sequor Christum*, nempè spiritualiter, &c. — *Signum*, in Nota cuius initium, *Signum vexillum cœlestis*, &c. ibi, ad quem electi dispersi, pro, electi, scribe, *Filiij Dei*. — *Spero futura*, in prima Nota, ibi, de praesenti piorum fide, fiduciaque in Deum, dele, fide, &c. quæ. — *Spes*, in prima Nota, cuius initium, *Spes piorum Deus*, &c. post illud, & in Deo, dele usque ad, per Christum mediatorem benevolentia, excl. & dele, benevolentia. — *Spiritus*, in Nota 16. *Spirituallatio*, &c. ibi, *Quæ divinae promissioni innititur*, pro, *promissioni*, scribe, *veritati*. — *Spiritualis*, *Spirituale*, in prima Nota, cuius initium, à *Spiritus Sancti gratia*, &c. post illud, & efficacia promanans, dele usque ad finem Notæ. — *Spiritualis* in Nota, cuius initium, *spirituale quid significans*, &c. post, *significans*, &c. dele usque ad, *exhibens*, exclus. — *Trado*, in 3. Nota, cuius initium, *Traditur Christus servatur*, &c. ibi, pro suis electis morti tradidit, pro, *suis electis*, scribe, hominibus. — *Tunc*, ad finem huius dictio- nis dele Notam, cuius initium, *Quæ in apocryphis libris*, &c. — *Virgo*, in Nota, cuius initium, *vide quæ supracitatur*, &c. ibi, *Vir- gines dicuntur electi omnes*, pro, electi, scri- be, iusti. — *Virtus*, Nota 7. cuius initium, *Virtus fidei*, &c. tota expungatur, usque ad illud, *Virtus Dei*, id est, *Sapientissima*, ex- elus. — Eadem Nota, ibi, *salutis suorum electorum variè*, dele, *electorum*. — *Visito*, in prima Nota, ibi, *Visitat Deus suos electos gratiæ*, dele, *electos*. — *Vita* in Nota 3. cuius initium, *Filius Dei*, *Iesus Christus*, &c. ibi, est *vita hominum*, & *electorum*, pro, *elec- torum*, scribe, *iustorum*. — Ibidem in Nota 8. ibi, *Vita gratiæ spiritualis*, quam soli elec- ti, pro, electi, scribe, iusti. — in Nota 3. *Vi- tis Christus* dicitur, cuius palmites electi, pro, electi, scribe, iusti. — *Vivisco*, in Nota 6. ibi, *Viviscantur electi*, pro, electi, scribe, iusti. — *Vivo*, in Nota 4. ibi, *Vivunt elec- ti Dei propter*, pro, electi, scribe, iusti. — Ibid. Nota 12. cuius initium, *Vivere*, de- *Beata vita*, &c. tota expungatur. — *Vnus*,

in Nota 10. ibi, *Vnum sunt electi omnes*, pro, electi, scribe, iusti. — *Zelus*, in Nota 2. cuius initium, *Zelus*, quando ad hominem re- fertur, &c. post illud, *Affectum illum vehe- mentem*, dele usque ad illud, *qualis describi- tur, exclus.*

AD FINEM CONCORDANTIARVM,  
ex Prætermissorum Collectaneis.

Pag. 984. col. 1. §. *Ablactatus*, &c. dele totum §. — Col. 2. num. 3. cuius initium, *Peculiaris quadam ratione*, &c. totus expungatur. — Eadem col. §. *Accedit pius*, &c. dele totum §. — Pag. 985. col. 1. sub initium, §. *Deo essentialiter*, &c. ibi, per Ecclesiæ ministros ad electorum salutem, pro, electorum, scribe, *iustorum*. — Eadem col. in medio, §. *Porro in hac voce distingue*, &c. dele totum §. — Eadem columna in fine, num. 3. §. *Metaphorice significat*, &c. dele totum §. — Column. 2. ante medium, §. *Conscientia bona interrogatio*, &c. dele totum §. — Columna 4. initio, num. 1. §. *Om- nium electorum Dei*, dele totum §. — Pag. 989. colum. 4. §. *Non nulla alia omisſa*, post illud, *annotata agnoscimus*, dele usque ad, *Quæ igitur à nobis, exclusivæ*.

CONCORD. HEBRAIC.

Concordiarum Hebraicarum capi- ta, &c. Ad verbum translata per Antonium Reuchlinum Isenensem, in schola Argento- ratensis lingua Hebreæ professorem Basileæ per Henticum Petri 1556.

In prima libri facie appone notam dam- nati Scriptoris Antonio Reuchlino.

